Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



extentae tentoriis columnis erectis serris stabi
litae & funibus distentae firmantur; fiunt praeterea
quaedam velaminibus distinctae quae appellantur
rtae & alia nihilominus secundo diremptae velami
ne quae dicuntur sancta sanctorum. Conlocatur intrinsecus
arcae testamenti super quam cherubin extensis alis
seque invicem contingentibus stabunt. ibique
ex auro velut basis tabula quaeda conlocatur
quod appellatur propitiatorium. sed & altare
aureum incensi; tum praeterea in exteriori loco
cum delabrum ponitur aureum in parte austri
aspiciens ad aquilonem. In parte vero aquilonis
mensa conlocatur & propositio panum super.
praenon & altare holocaustorum iuxta velamen
interius ponitur; sed quid ego de his revolvo singula
uix tantum enarrandae sufficimus. uix: nobis ip
sis rerum materialium forma adduci ante oculos
potest. & quomodo quis licentiam in his mysteria
expedire sufficiat. verum tamen cuncta pro qua
fieri debent & tabernaculum in superioribus inve
nitur praedicta. Dicente domino ad moysen, facies
inquit mihi santificationem. & indeuidebor vobis.
Ultertio dicit ut faciamus ei santificationem. promittit
enim quia si fecerimus ei santificationem possitamus